



Boston Catholic Journal



NIHIL NISI JESUM

DEDICATED TO MARY, MOTHER OF GOD

Mysteria Gloriosa

The Glorious Mysteries of the Holy Rosary

In nomine Patris,

et Filii,

et Spiritus Sancti,

Amen.

Prefatory Prayers:

Ÿ. Domine, labia mea aperies,

R̄. Et os meum annuntiabit laudem tuam.

V̄. Deus in adiutorium meum intende,

R̄. Domine ad adiuvandum me festina.

Páter noster qui es in cáelis,

sanctificétur nomen túum.

Advéniat régnum túum.

Fíat vóluntas tua,

sicút in Cáelo et in térra.

Pánem nóstrum quotidiánum da nóbis hodie,

et dimítte nóbis débíta nóstra

sícút et nos dimíttimus debitoríbus nóstris.

Et ne nós indúcas in tentátionem,

sed líbera nos a málo.

Amén.

Ave Maria, gratia plena, Dominus tecum

benedictus tu in mulieribus, et benedictus fructus ventris tui, Iesus.

Sancta Maria, Mater Dei, ora pro nobis peccatoribus,
nunc et in hor mortis nostrae.

Amen.

Ave Maria, gratia plena, Dominus tecum

benedictus tu in mulieribus, et benedictus fructus ventris tui, Iesus.

Sancta Maria, Mater Dei, ora pro nobis peccatoribus,
nunc et in hor mortis nostrae.

Amen.

Ave Maria, gratia plena, Dominus tecum

benedictus tu in mulieribus, et benedictus fructus ventris tui, Iesus.

Sancta Maria, Mater Dei, ora pro nobis peccatoribus,
nunc et in hor mortis nostrae.

Amen.

Gloria Patri,

et **Filio,**

et **Spiritui Sancto.**

Sicut erat in principio,

et nunc,

et semper,

et in saecula saeculorum.

(optional) **O Bone Jesu,** libera nos a peccatis nostris; libera nos ab ignibus

gehennae; perduc in paradisum omnes animas praesertim eas quae plus

miseriordia tua indigent.

(NOTE: The Biblical text preceding the Mystery provides you with the verses in

Sacred Scripture pertaining to each distinct Mystery. It is not prayed as part of

the Rosary. For the English (and Latin) texts please go to www.drbo.org)



I. PRIMUM MYSTERIUM -

RESURRECTIO DOMINI NOSTRI IESUS CHRISTI (THE RESURRECTION OF CHRIST)

(The Resurrection of Our Lord Iesus Christ)

“Vespere autem sabbati, quæ lucescit in prima sabbati, venit Maria Magdalene, et altera Maria, videre sepulchrum. Et ecce terræmotus factus est magnus. Angelus enim Domini descendit de cælo: et accedens revolvit lapidem, et sedebat super eum: erat autem aspectus ejus sicut fulgur: et vestimentum ejus sicut nix. Præ timore autem ejus exterriti sunt custodes, et facti sunt velut mortui. Respondens autem angelus dixit mulieribus: Nolite timere vos: scio enim, quod Jesum, qui crucifixus est, quæritis. Non est hic: surrexit enim, sicut dixit: venite, et videte locum ubi positus erat Dominus. Et cito euntes, dicite discipulis ejus quia surrexit:

et ecce præcedit vos in Galilæam: ibi eum videbitis: ecce prædixi vobis.” (St.

Matthew 28:1-7)

Pater noster, Qui es in coelis,

sanctificetur nomen Tuum;

adveniat regnum Tuum;

fiat voluntas Tua,

sicut in coelo et in terra.

Panem nostrum quotidianum da nobis hodie;

et dimitte nobis debita nostra,

sicut et nos dimittimus debitoribus nostris;

et ne nos inducas in tentationem; sed libera nos a malo.

Amen.

(Decies repetita: Repeat each “Ave Maria” 10 times):

Ave Maria, gratia plena,

Dominus tecum;

benedicta tu in mulieribus,

et benedictus fructus ventris tui, Iesus.

Sancta Maria, Mater Dei,

ora pro nobis peccatoribus,

nunc et in hora mortis nostrae. Amen.

Gloria Patri,

et Filio,

et Spiritui Sancto.

Sicut erat in principio,

et nunc,

et semper,

et in saecula saeculorum.

Amen.

(optional)

O Bone Jesu, libera nos a peccatis nostris; libera nos ab ignibus gehennae;
perduc in paradisum omnes animas praesertim eas quae plus misericordia tua
indigent!

(NOTE: The Biblical text preceding the Mystery provides you with the verses in
Sacred Scripture pertaining to each distinct Mystery. It is not prayed as part of the
Rosary. For the English (and Latin) texts please go to www.drbo.org)



II. SECUNDUM MYSTERIUM GLORIOSA

ASCENSIO DOMINI NOSTRI IESUS CHRISTI

(THE ASCENSION OF CHRIST)

(the Ascension of Our Lord Iesus Christ)

“Igitur qui convenerant, interrogabant eum, dicentes: Domine, si in tempore hoc restitues regnum Israël? Dixit autem eis: Non est vestrum nosse tempora vel momenta quæ Pater posuit in sua potestate: sed accipietis virtutem supervenientis Spiritus Sancti in vos, et eritis mihi testes in Jerusalem, et in omni Judæa, et Samaria, et usque ad ultimum terræ. Et cum hæc dixisset, videntibus illis, elevatus est: et nubes suscepit eum ab oculis eorum. Cumque intuerentur in cælum euntem illum, ecce duo viri astiterunt juxta illos in vestibus albis, qui et dixerunt: Viri Galilæi, quid statis aspicientes in cælum? Hic Iesus, qui assumptus est a vobis in cælum, sic veniet quemadmodum vidistis eum euntem in cælum.” (Acts 1.6-11)

Pater noster, Qui es in coelis,

sanctificetur nomen Tuum;

adveniat regnum Tuum;

fiat voluntas Tua,

sicut in coelo et in terra.

Panem nostrum quotidianum da nobis hodie;

et dimitte nobis debita nostra,

sicut et nos dimittimus debitoribus nostris;
et ne nos inducas in tentationem; sed libera nos a malo.

Amen.

(Decies repetita: Repeat each "Ave Maria" 10 times):

Ave Maria, gratia plena,

Dominus tecum;

benedicta tu in mulieribus,

et benedictus fructus ventris tui, Iesus.

Sancta Maria, Mater Dei,

ora pro nobis peccatoribus,

nunc et in hora mortis nostrae. Amen.

Gloria Patri,

et Filio,

et Spiritui Sancto.

Sicut erat in principio,

et nunc,

et semper,

et in saecula saeculorum. Amen.

(optional)

O Bone Jesu, libera nos a peccatis nostris; libera nos ab ignibus gehennae;

perduc in paradisum omnes animas praesertim eas quae plus misericordia tua indigent!

(NOTE: The Biblical text preceding the Mystery provides you with the verses in Sacred Scripture pertaining to each distinct Mystery. It is not prayed as part of the Rosary. For the English (and Latin) texts please go to www.drbo.org)



III. TERTIUM MYSTERIUM

GLORIOSA -SPIRITUS SANCTUS IN APOSTOLOS

DESCENDENS (THE DESCENT OF THE HOLY GHOST)

(The Descent of the Holy Ghost on the Apostles. Pentecost)

“Et cum complerentur dies Pentecostes, erant omnes pariter in eodem loco: et factus est repente de cælo sonus, tamquam advenientis spiritus vehementis, et replevit totam domum ubi erant sedentes. Et apparuerunt illis dispersitæ linguæ tamquam ignis, seditque supra singulos eorum: et repleti sunt omnes Spiritu Sancto, et cœperunt loqui variis linguis, prout Spiritus Sanctus dabat eloqui illis. Erant autem in Jerusalem habitantes Judæi, viri religiosi ex omni natione quæ sub cælo est. Facta autem hac voce, convenit multitudo, et mente confusa est, quoniam audiebat unusquisque lingua sua illos loquentes. Stupebant autem omnes, et mirabantur, dicentes: Nonne ecce omnes isti qui loquuntur, Galilæi sunt? Et

quomodo nos audivimus unusquisque linguam nostram in qua nati sumus? Parthi, et Medi, et Ælamitæ, et qui habitant Mesopotamiam, Judæam, et Cappadociam, Pontum, et Asiam, Phrygiam, et Pamphyliam, Ægyptum, et partes Libyæ quæ est circa Cyrenen: et advenæ Romani, Judæi quoque, et Proselyti, Cretes, et Arabes: audivimus eos loquentes nostris linguis magnalia Dei. Stupebant autem omnes, et mirabantur ad invicem, dicentes: Quidnam vult hoc esse? Alii autem irridentes dicebant: Quia musto pleni sunt isti.” (Acts 2.1-13)

Pater noster, Qui es in coelis,

sanctificetur nomen Tuum;

adveniat regnum Tuum;

fiat voluntas Tua,

sicut in coelo et in terra.

Panem nostrum quotidianum da nobis hodie;

et dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris;

et ne nos inducas in tentationem; sed libera nos a malo.

Amen.

(Decies repetita: Repeat each “Ave Maria” 10 times):

Ave Maria, gratia plena,

Dominus tecum;

benedicta tu in mulieribus,

et benedictus fructus ventris tui, Iesus.

Sancta Maria, Mater Dei,

ora pro nobis peccatoribus,

nunc et in hora mortis nostrae. Amen.

Gloria Patri,

et Filio,

et Spiritui Sancto.

Sicut erat in principio,

et nunc,

et semper,

et in saecula saeculorum. Amen.

(optional)

O Bone Jesu, libera nos a peccatis nostris; libera nos ab ignibus gehennae;
perduc in paradisum omnes animas praesertim eas quae plus misericordia tua
indigent!

(NOTE: The Biblical text preceding the Mystery provides you with the verses in Sacred Scripture pertaining to each distinct Mystery. It is not prayed as part of the Rosary. For the English (and Latin) texts please go to www.drbo.org)



IV. QUARTUM MYSTERIUM GLORIOSA:

ASSUMPTIO BEATAE MARIAE VIRGINIS (THE

ASSUMPTION OF MARY INTO HEAVEN)

The Assumption of the Blessed Virgin Mary into Heaven,

Body and Soul

“Nolumus autem vos ignorare fratres de dormientibus, ut non contristemini sicut et ceteri, qui spem non habent. Si enim credimus quod Iesus mortuus est, et resurrexit: ita et Deus eos qui dormierunt per Jesum, adducet cum eo. Hoc enim vobis dicimus in verbo Domini, quia nos, qui vivimus, qui residui sumus in adventum Domini, non praeveniemus eos qui dormierunt. Quoniam ipse Dominus in jussu, et in voce archangeli, et in tuba Dei descendet de caelo: et mortui, qui in Christo sunt, resurgent primi. Deinde nos, qui vivimus, qui relinquimur, simul rapiemur cum illis in nubibus obviam Christo in aera, et sic semper cum Domino erimus. Itaque consolamini invicem in verbis istis.” (1 Thess. 4.12-16)

Pater noster, Qui es in coelis,

sanctificetur nomen Tuum;

adveniat regnum Tuum;

fiat voluntas Tua,

sicut in coelo et in terra.

Panem nostrum quotidianum da nobis hodie;

et dimitte nobis debita nostra,
sicut et nos dimittimus debitoribus nostris;
et ne nos inducas in tentationem; sed libera nos a malo.

Amen.

(Decies repetita: Repeat each "Ave Maria" 10 times):

Ave Maria, gratia plena,

Dominus tecum;

benedicta tu in mulieribus,

et benedictus fructus ventris tui, Iesus.

Sancta Maria, Mater Dei,

ora pro nobis peccatoribus,

nunc et in hora mortis nostrae. Amen.

Gloria Patri,

et Filio,

et Spiritui Sancto.

Sicut erat in principio,

et nunc,

et semper,

et in saecula saeculorum.

Amen.

(optional)

O Bone Jesu, libera nos a peccatis nostris; libera nos ab ignibus gehennae;

perduc in paradisum omnes animas praesertim eas quae plus misericordia tua indigent!

(NOTE: The Biblical text preceding the Mystery provides you with the verses in Sacred Scripture pertaining to each distinct Mystery. It is not prayed as part of the Rosary. For the English (and Latin) texts please go to www.drbo.org)



V. QUINTUM MYSTERIUM GLORIOSA:

MARIA VIRGO IN CAELIS CORONATA

The Coronation of Mary in Heaven: Queen of Angels and Apostles

“Et signum magnum apparuit in cælo: mulier amicta sole, et luna sub pedibus ejus, et in capite ejus corona stellarum duodecim: Et vidi: et ecce Agnus stabat supra montem Sion, et cum eo centum quadraginta quatuor millia, habentes nomen ejus, et nomen Patris ejus scriptum in frontibus suis. In anno quo mortuus est rex Ozias, vidi Dominum sedentem super solium excelsum et elevatum; et ea quæ sub ipso erant replebant templum. Seraphim stabant super illud: sex alæ uni, et sex alæ alteri; duabus velabant faciem ejus, et duabus velabant pedes ejus, et duabus volabant. Et clamabant alter ad alterum, et dicebant: Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus, Deus exercituum; plena est omnis terra gloria ejus.” (Apoc. 12.1, Isaiah

6)

Pater noster, Qui es in coelis,

sanctificetur nomen Tuum;

adveniat regnum Tuum;

fiat voluntas Tua,

sicut in coelo et in terra.

Panem nostrum quotidianum da nobis hodie;

et dimitte nobis debita nostra,

sicut et nos dimittimus debitoribus nostris;

et ne nos inducas in tentationem; sed libera nos a malo.

Amen.

(Decies repetita: Repeat each "Ave Maria" 10 times):

Ave Maria, gratia plena,

Dominus tecum;

benedicta tu in mulieribus,
et benedictus fructus ventris tui, Iesus.

Sancta Maria, Mater Dei,
ora pro nobis peccatoribus,
nunc et in hora mortis nostrae.

Amen.

Gloria Patri,

et Filio,
et Spiritui Sancto.
Sicut erat in principio,
et nunc,
et semper,
et in saecula saeculorum.

Amen.

(optional)

O Bone Jesu, libera nos a peccatis nostris; libera nos ab ignibus gehennae;
perduc in Paradisum omnes animas praesertim eas quae plus misericordia Tua
indigent!

Salve, Regina, Mater misericordiae!

vita, dulcedo, et spes nostra, salve.

Ad te clamamus, exules filii Evae.

Ad te suspiramus,

gementes, et flentes, in hac lacrimarum valle.

Eia ergo, advocata nostra,

illos tuos misericordes oculos ad nos converte.

Et Jesum, benedictum fructum ventris tui, nobis post hoc exilium ostende.

O clemens, O pia, O dulcis Virgo Maria!

Ora pro nobis, Sancta Dei Genetrix,

Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

Oremus:

Deus, cuius Unigenitus per vitam, mortem et resurrectionem suam nobis salutis aeternae praemia comparavit, concede, quaesumus: ut haec mysteria sacratissimo beatae Mariae Virginis Rosario recolentes, et imitemur quod continent, et quod promittunt assequamur. Per eundem Christum Dominum nostrum. Amen.

In nomine Patris +

et Filii +

et Spiritus Sancti +

Amen.



Copyright © 2004 - 2022 Boston Catholic Journal. All rights reserved. Unless otherwise stated, permission is granted by the Boston Catholic Journal for the copying and distribution of the articles and audio files under the following conditions: No additions, deletions, or changes are to be made to the text or audio files in any way, and the copies may not be sold for a profit. In the reproduction, in any format of any image, graphic, text, or audio file, attribution must be given to the Boston Catholic Journal.

<http://www.boston-catholic-journal.com>